



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 vtrum st virtus cardinalis seu principalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

traclatu in questio. iustis emli. An regula temperantiae sit...

cessitate presentis vitae. Superius enim non regulatur ab inferiori: sed temperantia cum sit uirtus animae, est superior quam necessitas corporalis. ergo regula temperantiae non debet sumi secundum necessitatem corporalem.

¶ 2. Praet. Quicumque excedit regulam, peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantiae, quicumque aliqua delectatione vteretur supra necessitatem naturae, quae ualde modicis contenta est, peccaret contra temperantiam: quod videtur esse inconueniens.

¶ 3. Praet. Nullus attingens regulam peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantiae, quicumque vteretur aliqua delectatione propter necessitatem corporalem, puta, propter sanitatem, esset immunis a peccato: hoc autem uidetur falsum. ergo necessitas corporalis non est regula temperantiae.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de moribus Eccles. * Habet uir temperatus in reb. huius vitae regulam utroque testamento firmatam, ut eorum nil diligit, nil per se appetendum putet: sed ad uitam huius atq. officiorum necessitatem, quantum satis est, vsurpet utentis modestia, non amantis affectu.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex * supradictis patet, boni uirtutis moralis praecipue consistit in ordine rationis. Nam boni hominis est sibi rationem esse, ut * Dionys. dicit 4. cap. de diu. nomi. Praecipuus autem ordo rationis consistit in hoc, quod aliqua in finem ordinat, & in hoc ordine maximè consistit bonum rationis. Nam bonum habet rationem finis, & ipse finis est regula eorum quae sunt ad finem. Omnia autem delectabilia, quae in usum hominis ueniunt, ordinantur ad aliquam huius uitae necessitatem sicut ad finem: & ideo temperantia accipit necessitatem huius uitae sicut regulam delectabilium, quibus utitur, ut scilicet tantum eis utatur, quantum necessitas huius uitae requirit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut * dictum est, necessitas huius uitae habet rationem regulam, in quantum est finis. Considerandum est autem, quod quandoque aliud est finis operantis, & aliud finis operis. Sicut patet, quod edificatoris finis est domus, sed edificatoris finis quandoque est lucrum. sic ergo temperantiae ipsius finis & regula est beatitudo:

A sed eius rei, qua utitur, finis, & regula est necessitas humanae uitae, infra quam est id quod in usum uitae uenit.

AD SECUNDVM dicendum, quod necessitas humanae uitae potest attendi dupliciter. Vno modo, sicut quod est necessarium illud, sine quo res nullo modo potest esse, sicut cibus est necessarius animali.

Alio modo, sicut quod est necessarium illud, sine quo res non potest conuenienter esse. Temperantia autem non solum attendit primam necessitatem, sed et secundam. Vnde * Philo. dicit in 3. Eth. quod temperatus appetit delectabilia propter sanitatem, uel propter bonam habitudinem. Alia uero, quae ad hoc non sunt necessaria, possunt dupliciter se habere. Quaedam enim sunt impedimenta sanitatis, uel bonae habitudinis, & his temperatus nullo modo utitur: hoc enim esset peccatum contra temperantiam.

Quaedam uero sunt, quae non sunt his impedimenta, & his moderate utitur pro loco, & tempore, & congruentia eorum quibus conuiuit. Et ideo ibidem * Phil. dicit, quod temperatus appetit alia delectabilia, quae non sunt necessaria ad sanitatem, uel ad bonam habitudinem, non impedimenta his existentia.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut * dictum est temperantia respicit necessitatem quantum ad conuenientiam uitae, quae quidem attenditur non solum sicut conuenientiam corporis, sed etiam sicut conuenientiam exteriorum rerum, puta diuitiarum, & officiorum, & multo magis sicut conuenientiam honestatis. Et ideo * Phil. ibi subdit, quod in delectationibus, quibus temperatus utitur, non solum considerat, ut non sint impeditiua sanitatis, & bonae habitudinis corporalis, sed etiam ut non sint praeter bonum. contra honestatem, & quod non sint supra substantiam. i. supra facultatem diuitiarum. Et * Aug. dicit in lib. de moribus Eccles. quod temperatus respicit non solum necessitatem huius uitae, sed etiam officiorum.

ARTICVLVS VII.

Utrum temperantia sit uirtus Cardinalis.

A D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod temperantia non sit uirtus cardinalis. Bonum uirtutis cardinalis a ratione dependet: sed temperantia est circa ea quae magis distant a ratione, scilicet circa delectationes, quae sunt nobis, & brutis cōnes, ut dicitur in 3. * Eth. ergo temperantia non uidetur esse principalis uirtus.

¶ 2. Praet. Quāto aliquid est magis impetuosum, tantō difficilius uel esse ad refrēnandum: sed ira quā refrēnat mansuetudo, uel esse impetuosior, quā concupiscentia, quā refrēnat temperantia. dicitur. n. Prouer. 27. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus

gruis iuxta facultates, officia, conseruationem, & honestatem. Haec enim omnia tollunt aliquam indigentiam, quae est, uel esset sine tali uirtute. Nam qui conuiuium celebraret non consonum gradui suo, & conuiuium, iuxta facultates & honestatem, non esset factum satis necessitati congruentia presentis uitae ac conseruationis. Necessitas ergo congruentia presentis uitae est regula temperantiae, secundum quam etiam imperat alijs uirtutibus, puta, liberalitati, urbanitati, & si qua alia opus quandoque est.

LIB. 3. ETH. Cui non potest à s. to. mo 5.

IN corp. ar.

LIB. 3. CA. 11. TOM. 5.

CA. 21. circa s. to. 1.

Super Quaestio centesima quadraginta prima articulum septimum.

IN art. 7. eiusdem quod dubium ex Martino in eodem tractatu q. 2. occurrit, arguente contra rationem licet, quae temperantia ponitur uirtus cardinalis: quae moderatio, quae in omni uirtute requiritur, praecipue laudatur in delectationibus tactus, quae sunt materia temperantiae. Probat ergo quod moderatio non est praecipue laudabilis in delectationibus tactus. Primo, quia moderatio ardua laudabilior est non ardua: sed moderatio in delectationibus tactus non est ardua.

12. q. 71. & q. 66. art. 1. & 4. cor. Et 3. dist. 33. q. 2. art. 1. Et uirt. q. 1. art. 12. ad 24. & 25. & 26. & q. 5. art. 1. * Li. 3. ca. 10. & mod. 10. 5.

ardua. ergo. Secundo. Moderatio in omni virtute est id, quod potissime laudatur. ergo si temperantia propria est moderatio, ipsa esse excellētissima virtutum cuius oppositum sentit author. Antecedens probatur, quia omnia, quae laudabilia sunt in virtute, ideo laudantur, quia ad moderationem ordinata sunt. Tertio, Moderatio delectationis tactus non est difficilior ceteris. ergo non est precipue laudabilis. Consequenter tenet ex dictis authoris. Antecedens verò probatur: quia difficilius est vincere retrahentia à bono in materia fortitudinis, ut ipsemet author fateatur. moderatio ergo fortitudinis est difficilior.

Ad primum horum dicitur, quod maior est vera ceteris paribus. sed in proposito non sunt paria. Modus ratio namque mansuetudinis, & humilitatis licet sit ardua, non tamen est in materia naturalis, necessaria, communis, diuturna, ac vehementer motiva appetitus nostri, qualis est materia temperantiae, ut in litera patet in corpore articuli, & rationibus argumentorum.

Ad secundum negatur antecedens: quoniam moderatio proprie, ut distinguitur contra alias conditiones virtutum, non est potissima. Nec est verum, quod quaecumque sunt laudabilia in virtute, laudentur in ordine ad modum, quāvis sine modo non laudabilia sunt. Discrete siquidē agere potior est conditio, quam moderatio, & similiter rectitudo potior est: cum tamen prima prudentiae, secunda iustitiae tribuatur.

Ad tertium negatur assumptum. Et ad probationem dicitur, quod materia impediens bonum in fortitudine, non eget principaliter moderatione, sed firmitate animi. Et propterea concedendo, quod difficilius vincuntur retrahentia à bono in fortitudine, non sequitur, ergo difficilius

tus ferre quis poterit? ergo mansuetudo est principalior virtus, quam temperantia.

¶ 3 Præter. Spes est principalior motus animi, quam desiderium, si u concupiscentia, ut supra habitus est: sed humilitas refrænata præsumptionem immoderate spei. ergo humilitas ut esse principalior virtus, quæ temperantia, quæ refrænata concupiscentiam.

SED contra est, quod Gregorius in 2. Moralium ponit temperantiam inter virtutes principales.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, virtus principalis, seu cardinalis dicitur, quæ principalis laudatur ex aliquo eorum, quæ communiter requiruntur ad rationem virtutis. Moderatio autem quæ in omni virtute requiritur, precipue laudabilis est in delectationibus tactus, circa quæ est temperantia, tum quia tales delectationes sunt magis nobis naturales, & ideo difficilius est ab eis abstinere, & concupiscentias earum refrænare: tum et quia earum obiecta magis sunt necessaria præsertim vite, ut ex dictis patet, & ideo temperantia ponitur virtus principalis, seu cardinalis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod tanto maior ostenditur agens virtus, quanto in ea sunt magis distantia, potest suam operationem extendere. Et ideo ex hoc ipso ostenditur maior virtus rationis, quod potest et concupiscentias, & delectationes maxime distantes moderari: unde hoc pertinet ad principalitatem temperantiae.

AD SECUNDUM dicendum, quod impetus iræ causatur ex quodam accidente, puta, ex aliqua lesione contristante. & ideo cito transiit, quamvis magnum impetum habeat. Sed impetus concupiscentiae delectabilium tactus, procedit ex causa naturali, unde est diuturnior & communior, & ideo ad principalem virtutem pertinet ipsum refrænare.

AD TERTIUM dicendum, quod ea quorum est spes, sunt altiora his quorum est concupiscentia, & pro hoc spes ponitur passio principalis in irascibili: sed ea, quorum est concupiscentia, & delectatio tactus, vehementius movent appetitum, quia sunt magis naturalia, & ideo temperantia, quæ in his modis statuit, est virtus principalis.

ARTICVLVS VIII.
Vtrum temperantia sit maxima virtutum.

DOCTAVVM sic proceditur. Videtur quod temperantia

fit maxima virtutum. Dicitur Ambrosius in 1. de Officiis in temperantia maxime honesti curam, decoris consideratio spectant, & quaeritur: sed virtus laudabilis est, in quantum est honesta, & decora ergo temperantia est maxima virtutum.

¶ 2 Præter. Maior est virtus operari id quod est difficilius. sed difficilius est refrænare concupiscentias, & delectationes tactus, quam rectificare ad habitus exteriores, quorum prima pertinet ad temperantiam, secundam iustitiam. ergo temperantia est maior virtus, quam iustitia.

¶ 3 Præter. Quanto aliquid est communius, tanto magis necessarium videtur esse & melius: sed fortitudo est circa pericula mortis, quæ rarius accidunt, quam delectabilia tactus, quæ quoties occurrunt, & sic virtus temperantiae est communior, quam fortitudinis. ergo temperantia est nobilior virtus, quæ fortitudo.

SED contra est, quod Philosophus in 1. Rhetorice quod maxime virtutes sunt, quæ aliis maxime sunt vitales, & propter hoc fortiores honoramus.

RESPON. Dicendum, quod in 1. Ethic. bonum multum est bonum virtus: & ideo quanto magis pertinet ad bonum multum, tanto iustitia autem & fortitudo magis sunt multum virtutes, quam temperantia consistit in communibus delectationibus. Fortitudo autem in periculis sustinetur pro salute communium, temperantia moderatur solum concupiscentias eorum, quæ pertinent ad vitam. Unde manifestum est, quod temperantia sunt excellentiores virtutes, quæ quibus prudentia, & virtus fortiores.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod decor maxime attribuitur temperantiae propter principalitatem propriam, quæ in fortitudine contrarij mali a temperantia scilicet moderatur delectationibus, & brutis communibus.

AD II. dicendum, quod cum temperantia sit virtus maxime honesta, & bonum, dignitas temperantiae secundum rationem boni, in quantum quædam rationem dicitur temperantia.

AD III. dicendum, quod si aliquid pertinet ad multum bonum, magis facit ad excellentiam boni, quam consideratur secundum quod bonum occurrit, in quarum prima temperantia secundum temperantiam. Unde fortitudo est potior: licet quod ad temperantiam potior non solum fortitudo iustitia.

8. 2. quæst. 25.
art. 4.
lib. 4. c. 36.
ante mod.
Q. 131. arti.
11. & 1. 2.
q. 61. ar. 3.
Art. 4. huius
quæst.